



& presentem questionem dirimere & determinare, & in futuro movendis omnibus dare decisionem. Et sancimus alias res post antenuptialem donationem ad filios venientes, si quidem filius masculus, aut femina forte testetur, secundum legem venire ad scriptos heredes: hic matre non prohibita scribi a filio herede: sed etiam contra testamentum ei datis allegacionibus, si forte filius eam pratermiserit, aut irrationabiliter exheredatam fecerit. Si vero intestatus decesserit, reservans illius partem, si quidem habuerit filios proprios, ad filios venire, fin autem non habuerit quidem filios proprios, sit fratrum vocatio & matris una cum fratribus (secundum quod a nobis sancitum est) ad hereditatem venientibus, & eam firme habentibus, five ad secundas vellet venire nuptias, five non. Nec enim majores penam advenit mulieres, quae ad secundas venit nuptias, facimus, neque ex hoc eas ad necessitatem deducimus amaram, & nostrorum temporum indignam, ut metu casarum nuptiarum (licet 2 secunda sunt) ab his quidem abtineant, & descendant ad quasdam interdicas permissiones, & forsitan etiam ad servorum corruptiones: & quoniam non licet legaliter caste vivere, contra leges luxurientur. Nequaquam igitur valere volumus, neque in quinto libro Codicis cognominis nostrae pietatis postam constitutionem 3, decernentem de hereditatibus nuptiarum, quos matres ad secundas nuptias venientes viderunt praebentes, neque in sexto libro ejusdem conscriptionis sub Titulo 4 Tertulliani, quae de mulieribus disputat, secundis quidem nuptiis junctis, ante secundam tamen copulationem filios amittentibus: sed vocetur ad filii hereditatem modis omnibus mater cum 5 fratribus, & hanc habeat firme, nihil ex secundis laedenda nuptiis, quod & in subjecta questione, quae legem hanc movet, obineat, & mater una cum filia succedat hereditati: aut etiam succedens hanc irrefragabiliter habeat, nihil ex spe secundarum laedenda nuptiarum, sed dominum ejusdem hereditatis cum filia absolute consistens. Optatum itaque est, atque laudabile, & dignum oratione, ut mulieres, ita se honeste tractent, quatenus quae semel ad virum venerunt, servent inviolatum morientium torum: & huiusmodi mulierem & miramur pariter, & laudamus, & non 6 proclia virginitate ponimus. Sin autem non valuerit (cum forsitan & juvenis est hoc non patitur) nec possit contra 8 servorem 9 naturae resistere, non est torquenda propter hoc, nec interdicienda sunt ei communes leges: sed ad viri alterius veniat nuptias honeste, & omni luxuria abtineat: & fruatur successione filiorum. Sic enim eos adhuc amplius diligit, & non quasi quosdam odibiles respicit, penis subdica sic amaris. Sicut enim patres, si ad secundas veniant nuptias, non 10 fraudamus filiorum suorum successione, nec quilibet est lex aliquid tale dicens: sic neque matres privabimus filiorum successione, si matres ad virum veniant secundum, licet ante nuptias secundas aut post secundas filii moriantur. Alioqui ex absurditate legis, licet praemoriantur filii omnes, non relinquuntur filios aut nepotes, nihilominus supplicium manet, & non succedet eis mater, nec si sine filiis moriantur: sed inhumane ab eorum expellitur successione, frustra quidem pariens, frustra simul & nutrix propter legales nuptias subiecta penis, & succedent quidem illis aliqui ex longa conatione: mater autem irrationabiliter expelletur. Quapropter, & ipsa succedat filiis: & sit haec le clemens, & mitis, matres filios concilians. Colligentes igitur huius legis partes, sancimus, quoniam matrem (secundum quod jam dudum diximus) assimilamus 11 patri in antenuptiali donatione: & ipsam sustinere quidem poenas, sicut sustinet pater in dote: in hereditatem autem filiorum sine tergiversatione veniant, & pater, & mater secundum subiectas varietate casu questiones. Proinde quod patres habent five ad secundas venientes nuptias five non, hoc etiam matres habeant, voceturque mater ad filii hereditatem, five jam ad secundas venit nuptias, five postea veniat. §. 1. Antenuptiali vero donatione, ad secundum veniens consortium, neque secundum quantum heres existet filii, fruatur: sed hoc filiorum sit solum lucrum, eis a lege datum, & non videatur esse pars hereditatis filii: sed adhuc antenuptialis donationis non abiciens naturam. Quae competit tenere etiam circa eas, quae nunc jam sunt viduae mulieres & propriis successorem filii: & quae nondum ad secundas veniunt nuptias, licet postea veniant. Quod igitur hic habetur, sic omni tempore faciatur.

C A P. IV.

De administratione donationis propter nuptias si mulier ad secundas nuptias transierit.

Ad 12 vero quiddam occasione secundo nubentium mulierum & antenuptialis donationis, adicere prioribus, bene se habere credimus. Priscis namque constitutionibus praebentibus electionem mulieri, quae ad secunda vota descendit, si vellet accipere ante nuptias donationem, secundum quod ei permittuntur pacta & exponere filii cautionem 13, quia moriens haec restitueret: five cum non valet dare cautionem, aut mollet forte, manerent quidem res apud filios antenuptialis donationis, solverent autem ei etiam tertiam 14 partem centesima usura: Nos ex quaestione emergentium varietate moti, quoniam invenimus minores in hoc periculum patientes, antenuptiali donatione in pecuniis 15 existente: & alios arum quidem non habentes, cunctos autem omnia paterna vendere, quatenus exolveretur antenuptialis donationis debitum, ad eos utique secundum legem antenuptialis donatione veniente: propterea iudicavimus oportere hinc dari ordinem causae; si ut 16 quis contulerit res secundum antenuptialem donationem, & quidem omnes immobiles sint, maneat 17 harum usus apud matrem: & ipsa eam colligat, & non respuat: neque exigat filius pro harum administratione usum regulam. 17 Novell. 3. §. Cod. l. 1. 18 Cap. 1. §. 1. 19 Vers. priscis, 2. h. 1. l. 6. §. 1. C. de secund. nupt. 20 Hinc sumpta est Authentica. Sed qua non est de pact. convent. Goth. Vid. Guidell. de Jur. novissimo lib. 1. cap. 8. mon. 2. Anl. 21 Quae dote non dedit marito, antenuptialem donationem non accipit. Quia si per matrem facti, quo minus dote ei daretur? mox marito eius, mox non nocuit. Novell. 2. 22 Aequalitas servanda. 23 Quantum mulier dedit dote nomine, tantum ea ex donatione propter nuptias recipit. 24 Leges interduam extensionem ad pendentes etiam hinc: alios eorum generalis est conditio, ut ad factos usum casus pertineant. l. 7. Cod. de legibus. 25 Dat. XVII. Kal. April. Jul. IV. & Decio Coll. arg. Nov. 22. cap. 46. id est, anno 534.

12 Vid. Julianum Patricium consil. 5. 27 Major ecclesia Constantinopolitana, S. Sophia (de qua dicam commodiore tempore) & Romana, Lateranensis Ecclesiae, Constantinopolitanae filii. 28 Constantinopolitanae filii. 29 Idem Hal. Hieronymus Strimerus. 30 Ovidio in amorem hinc. 31 Major Ecclesia Constantinopolitana mater Imperii a Justiniano hic vocatur. 32 Diaconorum alii masculi: alii feminae. usque

ras: sed & diligentiam earum habeat, sicut lex jubet, usum quidem existentibus dominis, & custodiat eas secundum leges antiquas filii superstitibus 18: aut si omnes moriantur, secundum nostram legem, in casum quidem non existentium filiorum matris: reliquum vero filiorum heredibus conservandum. Si autem omnis forte consistat in pecuniis, aut aliis mobilibus rebus antenuptialis donatio: tertiam usuram partem percipientem matrem cum 19 cautione jam definita, non exigere a filii aurum: nisi forte idonea sit viri substantia, & habeat aurum & argentum & vestem, & quicquid conscriptum fuerit matris. tunc enim electionem matris dabimus, five voluerit res percipere, & praebere cautionem: five iustam quam diximus usuram accipere, & secundum priores leges, & secundum nostram. Si vero permixtae sint res, & donatio ante nuptias quidem in pecuniis, aliud vero in immobilibus habeat rebus: immobilia quidem modis omnibus manere apud matrem: ut alimentum habeat inde: porro de mobilibus haec valere quae sancimus prius, si essent in rebus mobilibus omnia antenuptialis donationis consistentia.

C A P. V.

De dote scripta & non numerata vel praestita. Illud 20 quoque dudum acerbe quidem sancitum, raro autem in iudicio examinatum, exitimamus oportere clara lege complecti, & tradere usui, & deducere ad iudicia, pro communi positum adiutorio. Si enim conjungatur aliqui alterutris cum dote & antenuptialis donationis documentis: deinde viri quidem antenuptialem praebent donationem, mulier autem scribat dotem, aut ipsa praebente eam, aut dante patre, aut quolibet extraneo: postea appareat matrimonium tempore dos non data marito, sed sustineat onera matrimonii, & matrimonium morte viri solvatur: non est iustum omnino mulierem dote 21 non dantem marito, antenuptialem accipere donationem. Sin autem etiam non totam dedit dotem: & ipsa pro tanto exigat donationem, & in quantum dederit dotem, aequalitatis 22 enim & iustitiae sumus amatores, quoniam in omnibus aliis & in consensu volumus obtinere. Quapropter quae mulier nil omnino dat, nil omnino percipiat, quae vero minus quam profecta est dedit, tantum 23 recipiat solum quantum obtulit, sitque etiam hoc optimum in praesenti lege incrementum, plurima decernente, quae semper in dubitatione sunt, vix autem modo ad legislationem deductam. Hanc autem valere volumus legem & in casu dante ei principium, & in pendentiibus 24 libibus & in omnibus de cetero venientibus.

EPILOGUS.

Quae igitur placuerunt nobis, tua subtilitas operi effectivae contradere festinet, & manifesta universis per programmata propria faciat, quatenus in omnibus civitatibus, quas nostra dictio continet, haec valeant, & certa omnibus fiant, secundum quod a nobis dispositum est 25.

TIT. III.

DE DETERMINATIS SIT NUMERUS CLERICORUM SANCTISSIMAE MAJORIS ECCLESIAE, ET CETERARUM ECCLESiarUM CONSTANTINOPOLITANARUM CON-

NOVELLA CONSTIT. III.

Imper. Justin. Aug. Epiphanio Sanctiss. & Beatis. Archiepiscopo regie civitatis, & universali Patriarcha.

P R E F A T I O.

Dudum quidem communi & generali 26 lege ad tuam beatitudinem & ad reliquos sanctissimos Patriarchas scripta, de ordinatione venerabilium Episcoporum, & reverentiss. clericorum, nec non mulierum diaconissarum, & ut non amplius sint ab antiqua mensura qui ordinantur, dispositum: quod nobis videbatur bene se & competentere habere, & regularum sacrarum digne: praesentem vero legem specialem ad tuam beatitudinem scribimus, de numero reverentiss. clericorum, qui in hac urbe sunt, disponentes. Quia enim bene nihil incompensum 27 bonum est, competens est neque ordinationes quae super reverentiss. clericis sunt, aut super reverentiss. diaconissis, fieri tantas, ut illorum expensis sanctissima ecclesia incidat in causam mutuum maximum, & paulatim ad novissimum inopiam deponatur. Novimus enim propter huiusmodi occasionem, huius regie civitatis sanctissimam majorem ecclesiam, nostris imperii matrem 28 debitis inquietari majoribus, & non aliter valentem facere singulas erogationes reverentiss. clericis, antequam aurum non parvum sumat mutuum, faciens tam hypothecas quam pignorum dationes in optimis suis praediis rusticis & suburbanis. Propter hoc igitur perpeximus nosmetipsos deponere ad huiusmodi causae inquisitionem & agnoscere quemadmodum prius se haberet, quidque longitudo temporis adinvenit. Investigantes igitur illud undique invenimus quoniam singuli bonum qui sanctiss. ecclesiam adificaverunt in hac sanctissima civitate, non pro adificio solummodo cogitaverunt, sed etiam ut expensis sufficientes darent, & se factis venerabilibus domibus: sed determinaverunt quantum competens esset presbyteris per unumquoque ecclesiam, quantumque diaconis masculis 29 atque feminis, & quoniam subdiaconis, & rursus cantores atque lectores & oblatarios constituit: & super haec etiam oratorii expensas designavit: & reditu proprio desiderat sufficientes res quae se constituta sunt: si quis autem addecerit multitudinem, nequaquam amplius penitus extendi valentes. Et quidem permanerunt regulam.

17 Novell. 3. §. Cod. l. 1. 18 Cap. 1. §. 1. 19 Vers. priscis, 2. h. 1. l. 6. §. 1. C. de secund. nupt. 20 Hinc sumpta est Authentica. Sed qua non est de pact. convent. Goth. Vid. Guidell. de Jur. novissimo lib. 1. cap. 8. mon. 2. Anl. 21 Quae dote non dedit marito, antenuptialem donationem non accipit. Quia si per matrem facti, quo minus dote ei daretur? mox marito eius, mox non nocuit. Novell. 2. 22 Aequalitas servanda. 23 Quantum mulier dedit dote nomine, tantum ea ex donatione propter nuptias recipit. 24 Leges interduam extensionem ad pendentes etiam hinc: alios eorum generalis est conditio, ut ad factos usum casus pertineant. l. 7. Cod. de legibus. 25 Dat. XVII. Kal. April. Jul. IV. & Decio Coll. arg. Nov. 22. cap. 46. id est, anno 534.

26 Vid. Julianum Patricium consil. 5. 27 Major ecclesia Constantinopolitana, S. Sophia (de qua dicam commodiore tempore) & Romana, Lateranensis Ecclesiae, Constantinopolitanae filii. 28 Constantinopolitanae filii. 29 Idem Hal. Hieronymus Strimerus. 30 Ovidio in amorem hinc. 31 Major Ecclesia Constantinopolitana mater Imperii a Justiniano hic vocatur. 32 Diaconorum alii masculi: alii feminae. usque

usque ad multum tempus talia conservata: & donec hoc fuit, duraverunt sanctiss. ecclesiarum domibus quae sufficerent. Cum vero Deo amabilis episcopi ad aliorum preces semper respicientes protracti fuit ad ordinationem multitudinem, aucta quidem est expensarum quantitas ad immensitatem multam: creditores autem undique & usura, & novissime neque creditores inveniantur propter incredulitatem jam causae: sed alienationes cum necessitate, & contra leges, & causa indecentes, & neque propria dignitate temperatae, ut ex hac nimietate, neque praedia neque suburbana sufficerent hypothecis & pignoribus, neque creditores propter hoc inventurum, sed ad inopiam descenderent novissimam, & nec ipsis ministris emolumentum dare sufficerent: sed ad viam omnium infelicissimam causa descendere, quatenus rerum omnium venditoribus cederet: quod etiam dicere piget nos: & quemadmodum non fiat, providemus. Nam si non alioquin ferret libenter cum qui ultra 1 substantiam suam expendit, quomodo non & de his nobis est cogitandum? Non enim oportet ad mensuram 2 expensarum querere etiam postulationes, (hoc enim fuit ad avaritiam, impietatemque perducit) sed ex his quae sunt, expensas metiri. Quapropter competenter etiam de his sancimus, & immensitatem excludimus, certa medicinae causam tradentes.

C A P. I.

Ut numerus clericorum qui nunc est, maneat, & de futuro numero clericorum Constantinopolitanae majoris ecclesiae.

Sancimus igitur eos quidem qui haec sunt in eadem sanctiss. majore ecclesia & reliquis omnibus venerabilibus domos, & reverentiss. clericos, & mulieres diaconissas & oblatarios manere in quo fuit schematum (non enim quod est, minimum 3, sed de futuro providentes haec sancimus) reliquum vero tempore nulla fiat ordinatio, donec ad antiquum numerum institutum ab his qui sanctiss. ecclesiam adificaverunt, reverentiss. clericorum quantitas redigatur. Sed quoniam pridem etiam reverentiss. clericorum sanctissimae majoris ecclesiae regie nostrae civitatis determinatus est numerus, & valde brevis erat: utpote una existentium sanctiss. 4 ecclesia: postea vero & venerabilis domus sanctae glorioseque virginis & Dei genitricis Mariae juxta sanctissimae majoris ecclesiae vicinitatem posita, adificata est a pie memoriae Verina 5, & veneranda sancti martiris Theodori a Speratio 6 gloriose memoriae dedicata est. Erat autem etiam venerabilis domus sanctae Helene 7, quae sanctiss. majori ecclesiae copulata est: propterea 8 redigere numerum ad antiquum igitur impossibile est. Non enim sufficienti tantis ecclesiis pauci consistentes: quoniam quidem non proprios clericos, neque una quidem harum trium habet basilicam, sed communes sunt, & sanctissimae majoris ecclesiae, & earum: & omnes circumventes secundum quandam ordinem & circum, ministeria in eis celebrant: deinde etiam plurima multitudo, & ex antiquis hereticis 9 ad sanctiss. majorem ecclesiam deducta, gratia quidem magis Dei, & Salvatore nostri Jesu Christi, laboribus autem & immutationibus nostris oportet plures quam a principio ad praesens officii ministerium deservi. §. 1. Quapropter sancimus non 10 ultra sexaginta quidem presbyteros in sanctissima majori ecclesia esse, diaconos autem masculos centum 11, & quadraginta feminas: subdiaconos vero novaginta, lectores autem centum, & decem, cantores viginti quinque: ita ut sit omnis numerus reverentiss. clericorum sanctissimae majoris ecclesiae in quadringentis viginti quinque: & insuper centum 12 existentibus in eis, qui vocantur oblatarii. In sanctissima liquidem majori ecclesia huius sanctissimae regie civitatis, & per tres venerabiles domos unitas, est tanta clericorum sit multitudo, & nullo 13 quidem horum qui nunc sunt, excludendo: licet multo plurimum sit numerus ab his qui a nobis nunc determinati sunt: nullo autem de cetero adiciendo in unoquoque ordine in his qui nunc sunt, donec ad hunc numerum mensura redigatur.

C A P. II.

Ne liceat clericis de minore ecclesia in majorem per patrocinium transferre, & de clericorum multitudinis non factura.

Illud quoque adiciendum est, ut quod haecenus indecenter fiebat, nequaquam in rebus geratur, id est, multos reverentiss. clericorum, indignari quidem in his quibus ordinati sunt, sanctiss. ecclesiis, aut licet aut in provinciis, deservire 14: ad sanctiss. vero majorem ecclesiam, & venerabilem clerum ejus per patrocinium quodlibet accedere, quod de cetero omnimodo fieri prohibemus: nam si super venerabilibus monasteriis prohibemus ex alio monasterio 15 ad aliam transmigrare: multo magis neque reverentiss. clericis hoc permittimus: licet & negotiationis habere demonstrationem huiusmodi horum desiderium judicantes. Si vero, & aliquando talem quandam migrationem tua beatitudo, aut per tempora imperium fieri perixerit: non aliter hoc agi, antequam ad praedictum a nobis numerum causa redigatur, ut migratio in officium deficientis fiat: & non supra numerum aliquid migratio in officium quidem nulla machinatione, neque ex aliquo modo fieri sinimus: hoc enim quidem de sanctissima majori ecclesia. §. 1. In aliis autem omnibus ecclesiis, quarum expensas sanctiss. major ecclesia facit, sancimus nunc quidem existentem manere, similiter eos etiam sub schemate 16, de cetero vero nullum ordinari, antequam ad statutum unumquoque ecclesiae (ut vocant) quod antiquitus 17 ordinatum est ab adificatoribus ecclesiarum, presbyterorum, diaconorum masculorum atque foeminarum, & subdiaconorum atque lectorum, nec non cantorum, & oblatiorum numerum possessiones quarente: sed ex ipsis possessionibus expensas metiri oportet. 3 Princeps Ecclesiae bona minuire non debet. 4 Ecclesiam S. Sophiae intelligit. 5 Uxor magis Leonis. 6 De Agapito & Strimger. Speragius. Is fuit consiliarius Valentinianus tertiae Socrate. 7 Verina, Strimerus, rache, hinc enim sedem praeraverat Constantinianum exigendum: & per consequens expensarum. 8 Id est, ex bonis hereditariarum majoris Ecclesiae Constantinopolitanae, lectorem, oblatarium, presbyterum, diaconum tantum, quantum in Ecclesia maiore Constantinopolitana tribus tui admittuntur. 9 Oblatarii creati in magna lit civitas, creati sunt Neocaesariensis illi Ecclesiae est unita. 10 Recitatur facilius extans numerus clericorum, quam si permittitur migratio. 11 Id est, modo, 12 Id est, etiam habitus Clericorum, Salaria. 13 Id est, modo, 14 Adde Nov. c. 8. 15 Haec res est. 16 Ecclesiam praestat redditibus abundare, quam egeret. 17 Ecclesia

merus redigatur, & nullus in medio penitus adiciatur. Nosque ipsi iudicium tale aliquid agere: & ordinandos mittere: nullusque nostrorum beatiss. archiepiscopo & patriarchae huius regie civitatis ordinationi contradicere, licet iustus & patriarchae huius regie civitatis ordinationi cui precipitur, sub ecclesiastica erunt multa, si tale aliquid egerint. Sed neque in aliis ecclesiis, quatenus fuerint, est multitudinem intronittere ordinandorum in ipsis, neque transcurrere de cetero constitutum a principio etiam super illis mensuram: ne forsitan etiam qui in eas creantur in multitudinem incidentes immensam, & accedentes sibi met a pie agentibus redditus dividentes, & exinde usque ad mensuram vero non sufficere videntes, in maximam angustiam incidant. Sed ultra mensuram definitam in sanctiss. majore ecclesia five aliis ecclesiis ordinem, qui per tempora fuerit sanctiss. majoris ecclesiae sanctiss. episcoporum, & venerabilis ejusdem ecclesiae economi erogationem ex ecclesiasticis praebentibus redditibus: ipsi quoque de sua & propria facultate praebent expensas: & qui haec expendere eos permittit beatiss. patriarcha. Sciant enim, quia si quid tale egerint, licentiam damus & sanctiss. patriarchis, qui post tale aliquid putantes, licentiam damus & sanctiss. omnis, & omnibus reliquis reverentiss. clericis talia perferunt, & posterioribus economis, & indicare imperio: ut illud cognoscens, praecipiat ex substantia haec agentiam economorum, aut etiam permittentis archiepiscopi hoc faceri ecclesiae. Quapropter ne rursus forte fiat aliqua rei confusio atque tumultus, causa ad mensuram a principio constitutam redacta, tunc ordinare liceat in tantum ut non transcurratur definita mensura, neque numerus transleatur, aut fiat quaedam circa hoc calliditas. Non enim illud patimur omnino fieri, ut dicatur quia licentia erit ordinare quidem, non tamen emolumenta praebere: hoc enim est rursus confusorem efficiendum, & immensa adjectione secunda collegia constitutum: deinde etiam plurimas habebit ea res circumventiones, ut alias sibi met vias avaritiam veniant pro alimentorum expensis. Ex hoc igitur agi penitus, etiam sub multa, quae vocatur ecclesiastica, prohibemus: maximam utilitatem hanc esse putantes, ut sanctissima major ecclesia neque debitis subiciatur, neque angustietur, neque perpetuo deficiat, sed semper 19 abundet.

C A P. III.

De reliquis ecclesiarum redditibus in pios actus, & personarum vere egerisse per patriarchas, & economos erogandis.

Sicut autem de his expensam determinavimus, ita congruet pro tempore sanctiss. patriarcham & reverentiss. economos considerare, ut aliae expensae quae sunt ex ecclesiasticis redditibus, circa 20 pios erogentur, & Deo placeant, & illis haec ministrantur, qui pro veritate egerint, & non habent aliunde alimentorum occasionem. Hoc enim dominum Deum placat: & non patrocinio 21 sanctiss. bonum ecclesiasticum expensis hominum locupletibus 22 distribuitur, ita ut inde inopes necessaria non mereantur: Sciant autem Deo amabiles economi, & qui nunc, & per tempora futuri sunt: quia si quid praeter haec egerint, & divinis supplicibus subiacebunt, & ex sua substantia indemnitate sanctissimae procurabunt ecclesiae.

EPILOGUS.

Beatitudinem igitur tuam quae ab initio, & ex infantili penatate in sacro omni ordine, & schemate sanctissimam ordinavit ecclesiam, quae & ex sacro utique genere descendit, haec custodire continue sancimus: scientem quia non minor nobis cura est horum, quae sanctiss. ecclesiis profunt, quam ipsius animae. Dat. 17. Kal. April. DOMINO BELISARIO V. C. CONS.

TIT. IV.

DE FIDEJUSSORIBUS ET MANDATORIBUS, ET SOLUTIONIBUS. NOVELLA CONSTIT. IV.

Imper. Justin. Augusti. Joanni gloriosiss. praefecti sacrorum praet. P R E F A T I O.

Egem antiquam postam quidem olim, usu vero nescimus quemadmodum non approbatam, per causas autem semper exquiritas atque necessarias apparentem, rursus revocare, & ad rempob. reducere, bene se habere putavimus, non simpliciter eam, sicut jacebat, ponentes: (erat enim quaedam 26 ejus pars omnino non discreta) sed cum competenti & placito distribuitus augmento.

C A P. I.

Ut creditores primo loco conveniant principalem 27.

Si 28 quis igitur creditur, & fidejussorem aut mandatorum aut sponforem 29 acceperit in non 30 primum adversus mandatorum, aut sponforem 31 molitibus sit: sed veniat primum 32 ad eum qui aurum accepit debitumque contraxit: & si quidem inde non completo? Si vero non valuerit a debitore recipere aut in partem, aut in totum: secundum quod ab eo non poterit recipere, secundum hoc ad fidejussorem, aut

20 Adde & de tertis detentoribus rerum. Goth. Ad hanc Novell. vid. Goth. de cons. tract. stipulat. cap. 9. n. 95. 96. 130. 132. & quoad inscriptionem partitionum, & interdictum Rutenstul. in expis. Novell. part. 2. c. 2. n. 5. 6. 7. reus. Anl. 23 Dixi ad lib. 46. ff. l. adde Jul. Patricium consil. 3. 24 Mandatorum ager. 26 Eccl. 1. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612.